

VII. Verfügung des Dompropstes von Hildesheim Nicolaus Hod über sein Vermögen für den Fall seines Eintritts in den Carthäuserorden. 1383, Juli 30. Straßburg.

Nicolaus Hod ¹⁾ dei gracia prepositus ecclesie Hildensemensis presentibus ordino et volo, quod in casu quo contingat me habitum noviciorum ordinis Carthusiensis recipere, quod de illis, que pro tunc in civitate et dyocesi Hildensemensi michi supererunt, debita mea, si que tunc sunt, solvantur et servitoribus meis aliqua conferantur iuxta servicii meritum, habita tamen consideracione, an antea eis aliqua contulerim necne de servicio satisfecerim competenter. Et nichilominus pro oneribus incumbentibus usque ad novos redditus per prepositum supportandis congrua fiet contribucio de predictis habita consideracione fructuum reddituum et proventuum et obvencionum pro illo anno, quo onera erunt per prepositum supportanda, per me de canonicatu et prebenda prepositure ecclesie Hildensemensis perceptorum. Et idem fiat seu simili modo de illis, que post habitus huiusmodi noviciorum Carthusiensium recepcionem de fructibus redditibus proventibus et obvencionibus canonicatus et prepositure ecclesie Hildensemensis michi provenient, de quibus proventibus ante tempus professionis dicti ordinis per me non fuerit ordinatum, videlicet ut debita mea eciam, si que tunc sint, inde exsolvantur et de servitoribus et oneribus supportandis secundum porcionem perceptorum fiat, prout de alio casu est premissum, et reliqua, que tempore recepcionis habitus noviciorum vel post secundum modum premissum supererunt, quantocius et quanto carius vendantur et de pecunia inde habita ac pecunia numerata, si quid inde tunc supererit, bona seu redditus perpetui pro prepositura ecclesie Hilden-

¹⁾ Ueber die Abweichungen des Namens vgl. Bolger, Urkundenbuch der Stadt Lüneburg I, Borr. p. VII.